



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Gregorivs Armenivs Episc. 30. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

30. Sept. VITA SANCTORVM. 479
templici si
ultos, sed
Vidit certe
MICHAEL
tra digan
post calum
nus, non
a habuere
dignus su
o modicum
actos ofen
ari peccati
tationes,
C CL.
ta. Mun
ieque u
dum ca
transfus
scriptores
quis sit?
at negat
Christia
i camdu
ONYMVS
E amplius
per om
i minum,
ONYMVS
oculique
sore pos
tum
30. Sept. VITA SANCTORVM. 479
sum habuit, cum orcus incursaret, ad Iesu pedes
confugere, hos longis jejuniis multisque lacrymis
mollire, infesta interim cogitationum agmina af
fiduis saxonum iictibus e pectore propulsare; tam
dulcivictoriz fructu, ut quandoque sublatum in
calumse putaret, qui mersum modum imis se infe
ri credebat. Interim etiam dum vixit, Doctorem
suum in HIERONYMO orbis Christianus coluit,
hostem vero heresis extinxit. Ipse vitam denique
ibi clausit, ubi ordini Deus infans voluit, magnus
heros, ut cui in tumulum Christi cum cesserunt.
Ex vita & ejusd. ep.

Ecce de calo tuba canit; ecco cum nubibus debel
latur us orbem Imperator armatus egreditur; ecce
in noctis gladius ex Regis ore procedet obvia que
pemetit; & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de
umbra progrederis ad solem? S. Hier. Ep. 1.

S. GREGORIVS ARMENIVS EPISC.

30. Septembri.

REGORIO huic nostro patria cognomen Ar
meno fecit. A Tigrate rege suppliciis, quan
tis vix ullus alius Martyr, exercitus duravit ta
men, inter mille mortes numquam mortuus. Da
rem Catalogum cruciatuum, sed non capit hos
scheda haec: totum illi librum vitae implent. Tibi
hoc sufficiat, Lector: non ferenda talit, non di
cenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pu
gnis, demum in cisternâ altitudine suâ & foetore
tigrida ipso annos x. & iv. triumphavit, cum an
toniam diurnam panem unum matrona vidua sub
ministraret. Inter haec Agni auspiciis in Arme
niam advenit totum virginum agmen. Ducebat
Galana autistita: formâ vero inter omnes emi
nebas

480. VITA SANCTORVM. 30. Sept.
nebat Ripsinis, cuius cum castitatem oppugnatum iret Diocletianus, fugit scilicet illa, vincere docta Parthorum more. Sed Tiridates rex non minus Diocletiano in virgine dicta petit. Offendit tamen in Amazones: vitam eripere potuit omnibus, Christum sponsum ne uni quidem, quamvis nec illud impunè. Audi enim quisquis cum Ulysse Circæam non fugis Venerem Tiridates, Deo sic volente, cum animum humanum jam nuper exuisset, nunc corpore etiam in porcum abiit, mundoque non sicutum Elpenor aperitum dedit. Sed neque setas prius posuit, quam ex cisternâ extractus Gregorius crucis templis Christo, & quod caput est, populum sacraret. Tum enī & rex fordes posuit, & sacro lavacro lotus cum hominis schemate mores etiam humanos recepit. Mirabantur tunc hominem in porcum migrasse. Magis ego miror familiare hoc nobis miraculum & quotidianum admirationi non esse. Ex Surio.

Non potest in iis, qui fluido astu voluntatum huc atque illuc feruntur incerti, ullius jurius esse vitale commercium. Homo igitur ipse sibi auctor est rerum: nam nisi quis porci more vixisset, numquam in eum accepisset, diabolus protestat. S. Ambros. l. 6. in S. Luc. cap. 8.

S. NI
N IC
OCTO